510. VITEX AGNUS CASTUS.

CLASSIS XIV. Didynamia. ORDO II. Angiospermia.

GENUS. Calyx 5-dentatus. *Corollae* limbus 5-fidus. *Bacca* 4-sperma.

SPECIES. Vitex foliis digitatis, serratis. *Spicis* verticillatis.

LOCUS. Arbor in locis palustribus Europae australis, Siciliae, Neapolis, nec non Halepi crescens.

PHARMACEUTICA PARS. *Semen* Agni casti, sed perperam sic audit, nam bacca est globosa. *Germ.* Keuschlamm, Keuschbaum, Schafmüllen. *Gall.* Poivre sauvage.

ODOR baccarum harum recentium fragrans. SAPOR autem acris, aromaticus. Baccae vero, quae in officinis servantur, inertes plerumque sunt.

VIRTUS calida et siccans. Vis autem antaphrodisiaca perperam baccis adeo aromaticis a veteribus adscribebatur. Huic opinioni ansam dedisse videntur matronae Cereri sacrae, quae ad castitatem custodiendam his foliis, vel ipso frutice ad strata lecti utebantur.

USUS. Graecis hae baccae ad flatus pellendos et viscera obstructa reseranda in pretio fuerunt. Sed impetum oestri venerei, ut veteres voluerunt, restinguere nequeunt hae baccae aromaticae.

DOSIS. Drachmae 2 cum aquae ℥iv. in *infuso*.

CLASSIS XV. TETRADYNAMIA.

ORDO I. SILICULOSA.

511. ANASTATICA HIEROCHUNTICA.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO I. Siliculosa.

GENUS. Silicula retusa, margine coronata, valvulis dissepimento duplo longioribus. *Stylo* intermedio mucronato, obliquo, loculis 1-spermis.

SPECIES. Anastatica *foliis* obtusis, *spicis* axillaribus brevissimis. *Siliculis* ungulatis spinosis.

LOCUS. Planta annua in littoribus maris rubri et in locis arenosis Palestinae et Cairi habitans.

PHARMACEUTICA PARS. Rosa hierochuntica seu Rosa de Hiericho. *Germ.* Jerichorose.

VIRTUS. Haec planta, licet per centum annos in herbario servetur exsiccata, aquae imposita frigidae

510. DAS KEUSCHLAMM.

XIV. KLASSE. Zweymächtige. II. ORDNUNG. Bedektsaamige.

GESCHLECHT. Der Kelch *5-mal gezähnt, der Rand der* Blumenkrone *6-spaltig. Die* Beere *4-saamig*

ART. Der Keuschbaum *mit gefingerten, gesägten* Blättern *und gequirlten* Aehren.

VATERLAND. Ein Baum in sumpfigten Oertern des südlichen Europa, in Sicilien, Neapel, auch bey Aleppo wachsend.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Keuschlamm, Keuschbaum, Schafmüllen. Latein. Semen Agni casti. *Heist aber unrichtig so, denn es ist eine kugligte Beere.* Franz. Poivre sauvage.

GERUCH der frischen Beere starkriechend. GESCHMACK aber scharf, gewürzhaft. Die in den Apotheken aufbehaltenen Beere sind gemeiniglich kraftlos.

ARZNEIKRAFT hitzig und austrocknend. Mit grofsem Unrecht schrieben die Alten den so gewürzhaften Beeren eine den Geschlechtstrieb niederschlagende Kraft zu, wozu wahrscheinlich die Priesterinnen der Ceres, die zur Bewahrung der Keuschheit die Blätter oder den Strauch selbst unter das Bett legten, Anlafs gab.

GEBRAUCH. Bey den Griechen waren die Beere als ein blähungstreibendes, und die Verstopfungen der Eingeweide auflösendes Mittel berühmt. Aber die Heftigkeit des Geschlechtstriebes zu bändigen, sind diese Beeren, wie die Alten geglaubt haben, nicht im Stande.

DOSIS. Zwey Quentchen mit vier Unzen Wasser als Aufgufs.

XV. KLASSE. VIERMÄCHTIGE.

I. ORDNUNG. SCHÖTTIGE.

511. DIE GEMEINE JERICHOROSE.

XV. KLASSE. Viermächtige. I. ORDNUNG. Schöttige.

GESCHLECHT. Das Schöttgen *zugestumpft, am Rande gekrönt, mit zweymal längeren Klappen als die Querwand, mit dazwischen liegenden schiefen, sich in einen Stachel endigenden* Griffel. *Die* Fächerchen *sind einsaamig.*

ART. Die gemeine Jerichorose *mit stumpfen* Blättern, *sehr kurzen* Achselähren, *und klauenförmigen, dornigen* Schöttgen.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze an den Ufern des rothen Meeres, und in sandigen Orten in Palästina und Cairo.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Jerichorose. Latein. Rosa hierochuntica *seu* Rosa de Hiericho.

ARZNEIKRAFT. Diese Pflanze, wenn sie auch hundert Jahre in einer Kräutersammlung getrocknet aufbewahret

intra 10 vel 12 horas se iterum expandere solet, ut id in muscis exsiccatis observatur.

USUS. Obstetrices quondam hanc plantam siccam et convolutam aqua tepida humectatam manui paturientis imponebant, et ex hujus plantae lentiore vel promptiore evolutione partum faciliorem vel infaustum praesagiebant. Nec hodiedum, ut in Hungaria vidi, haec fabula est abolita.

512. COCHLEARIA OFFICINALIS.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO I. Siliculosa.

GENUS. SILICULA emarginata, turgida, scabra, *valvulis* gibbis, obtusis.

SPECIES. COCHLEARIA *foliis* radicalibus cordato-subrotundis, *caulinis* oblongis subsinuatis.

LOCUS. Planta biennis ad littora maris Angliae, Belgii et regionum Europae magis septentrionalium, sed et in locis a mare remotius crescens, ut in rupibus paludosis et aggerum fossis Helvetiae. In regionibus borealibus, ubi scorbutus est endemius, provida natura Cochleariam abundare fecit. Colitur vero facili negotio, et sponte se disseminat in hortis pharmaceuticis.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba virens* COCHLEARIÆ HORTENSIS. *Germ.* LÖFFELKRAUT, LÖFFELKRESSE. *Gall.* HERBE AUX CUILLERS.

ODOR herbae recentis subnasturcinus, debilior, naribus volatile quid offerens. SAPOR amarus, acris in nasturtium incidens. *Siccata* vero folia amara et ingrata sed vix acria sunt.

PRINCIPIUM ACRE in oleo aethereo hujus plantae residere videtur, tale enim destillatione post inceptam florescentiam instituta, e planta obtinetur. Transit hoc in aquam, at facilius adhuc in spiritum vini maceratione praegressa. Hoc adeo subtile est, ut unica ejus gutta spiritu vini soluta vel saccharo excepta unciis XVI vini vel alius liquidi odorem et saporem Cochleariae impertiat. In aqua hoc oleum fundum petit.

VIRTUS. Primaria est antiscorbutica, sed egregie simul aperiens, diuretica, et vi penetrante antiparalitica.

USUS. Multae in itinerariis leguntur historiae hominum teterrimo scorbuto per longinquas peregrinationes marinas correptorum, et eorum, postquam in terram delati fuerunt, sanatorum. Sed hi copiosissime stirpem hanc devorarunt vel instar acetarii ingesserunt. At etiam puriori aëri, quo in terra gavisi sunt, merito pars curationis simul est tribuenda. Profuit demum adhuc vi penetrante in paralysi et rheumatismo vago.

wird, entfaltet doch, wenn sie in kaltes Wasser gelegt wird, binnen 10 oder 12 Stunden ihre Blätter wieder, so wie man dies auch bey den Moosen bemerkt.

GEBRAUCH. Ehemals pflegten die Hebammen die getrocknete zusammengerollte in warmen Wasser gestandene Pflanze den Kreisenden in die Hände zu legen, und aus der schneller oder langsamer erfolgenden Entfaltung der Blätter eine glückliche oder unglückliche Entbindung vorherzusagen. Auch noch heut zu Tage erhält sich, wie ich in Ungarn gesehen habe, dieses Mährchen.

512. DAS LÖFFELKRAUT.

XV. KLASSE. Viermächtige. I. ORDNUNG. Schöttige.

GESCHLECHT. Das SCHÖTTCHEN *ausgerändert, aufgeschwollen, scharf, mit höckerigten stumpfen* Klappen.

ART. Das LÖFFELKRAUT *mit geberzten fast rundlichten* Wurzelblättern, *und länglichten, fast vertieften an den* Stengeln.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze an den Meerufern von England, Holland, und des kälteren Europa; sie wächst aber auch, fern vom Meere, auf sumpfigten Felsen und in Gräben in der Schweiz. In nördlichen Gegenden, wo der Scorbut einheimisch ist, läfst die vorsichtige Natur diese Pflanze häufig wachsen. Sie wird aber ohne grofse Mühe angebauet, und vermehrt sich in den Apothekergärten von selbst.

PHARMAZEUTISCHER THEIL. LÖFFELKRAUT, LÖFFELKRESSE. Latein. Herba virens COCHLEARIÆ HORTENSIS, Franz. HERBE AUX CUILLERS.

GERUCH der frischen Pflanzen etwas kresartig, doch schwach, und etwas flüchtig. GESCHMACK bitter, scharf, kresartig. Die getrockneten Blätter sind bitter und unangenehm, aber nicht scharf.

SCHARFER STOFF. Dieser scheint in dem wesentlichen Oel dieser Pflanze zu sitzen, das man aus derselben nach der Blüthezeit durch die Destillation erhält. Dieser Stoff geht durch die Maceration in das Wasser, noch leichter aber in den Weingeist über. Das wesentliche Oel ist so fein, dafs ein einziger Tropfen in Weingeist aufgelöst, oder auf Zucker getröpfelt, vierzehn Unzen Weingeist, oder was immer für eine andere Flüssigkeit, den Geruch und Geschmack des Löffelkrautes mittheilt.

ARZNEIKRAFT. Ein vortreffliches antiscorbutisches eröffnendes und harntreibendes Mittel, das zugleich durchdringende, und lähmungheilende Kräfte besitzt.

GEBRAUCH. Die Reisebeschreibungen liefern uns sehr viele Geschichten von Menschen, die auf langen Seereisen von dem heftigsten Scharbock befallen, nachdem sie aber landeten, durch den Gebrauch des Löffelkrautes geheilet wurden. Sie verzehrten aber diesen Strauch in grofser Menge, oder assen denselben wie Salat. Doch hatte auch gewifs die reinere Luft, welche die Kranken auf dem Lande einathmeten, einen Antheil an der Kur. Wegen seiner durchdringenden Kraft ist das Löffelkraut auch bey Lähmungen und der fliegenden Gicht heilsam.

Praeberi solet forma *acetarii*, vel quod arti magis est conforme, *Succus* expressus solus aut sero lactis vel lacte acidulo dilutus. Sed ad mitigandam calidam Cochleariae acritatem consultum est illam mitigare connubio succi citrini, Aurantiorum vel Acetosae. Quum necessitas incidit integris familiis remedium antiscorbuticum praescribere, cerevisia cum cochlearia est frigide infundenda. Islandi Cochleariam condiunt sale culinari in magnis doliis, et per hyemem servant. Decoctione vis antiscorbutica destruitur; hinc etiam extractum est iners. In exulceratione oris scorbutica confert succum tantillo aluminis mistum applicare.

Man pflegt es als Salat *zu brauchen; doch ist der aufgepreſste* Saft *allein, oder mit Molken, oder saurer Milch verdünnt, der Kunst angemessener. Die hitzige Schärfe des Löffelkrautsaftes kann zur Vorsicht durch Citronen-Pomeranzen- oder Sauerkleesaft gemildert werden. Wenn es die Nothwendigkeit erfordert, daſs man dieses antiscorbutische Mittel ganzen Familien verordnen muſs, so bereitet man von dem Löffelkraut mit Bier einen kalten Aufguſs. Die Isländer machen das Löffelkraut mit Küchensalz in grossen Fässern ein, und bewahren es im Winter auf. Durch das Kochen geht die antiscorbutische Kraft verlohren, daher auch das Extrakt unwirksam ist. Bey scorbutischen Geschwüren des Mundes kann man sich des Löffelkrautsaftes, mit etwas Alaun vermischt, bedienen.*

PRÆPARATA maxime consueta ex cochlearia sunt

Conserva, qua forma stirps sine magno virium jactura per hyemem servari potest.

PRÆPARATE, die gewöhnlichsten sind

Die Conserve, *also läſst sich die Pflanze ohne groſsen Verlust der Kräfte, den Winter über aufbewahren.*

Spiritus. Destillatione herbae recentis cum spiritu vini et aqua paratur. Valde volatilis et calidus est, hinc in scorbuto herbae recenti postponendus. Flatus tamen bene dissipat, et urinam movet. A 30 ad 60 guttas aqua dilutus interne datur. Externe melle mistus ad ulcera oris scorbutica confert.

Der Löffelkrautgeist. *Wird durch die Destillation des frischen Krautes über Weingeist und Wasser, erhalten. Er ist sehr flüchtig und erhitzend, daher im Scorbut die frische Pflanze vorzuziehen ist. Doch treibt er die Blähungen gut ab, und befördert den Urin. Er wird innerlich zu 30-60 Tropfen, mit Wasser verdünnt, gegeben. Aeusserlich wird er mit Honig vermischt wider scorbutische Geschwüre gebraucht.*

COMPOSITA

Spiritus antiscorbuticus Drawizii. Fit ex spiritu cochleariae et spiritu tartari, quibus vitriolum ad rubedinem calcinatum irrotatur, succedente digestione et destillatione. Cum aequali portione syrupi cinnamomi mixtus omni trihorio 30 guttae in aqua dari solent. Praeter vim in scorbuto valde laudatur in paralysi recente et hemiplegia. Prodest in febribus intermittentibus spleneticorum et scorbuticorum et dyspepsiam ac vomitum habitualem supra 5 menses jam durantem sanavit.

ZUBEREITETE ARZNEIEN

Drawizens *antiscorbutischer Geist, wird aus Löffelkrautgeist, und Weinsteingeist; womit man den bis zur Röthe calcinirten Vitriol begieſst, sodann in Digestion setzt, und destillirt, bereitet. Er wird mit gleichen Theilen Zimmetsyrup vermischt, alle drey Stunden zu 30 Tropfen, in Wasser gegeben. Ausser seinen antiscorbutischen Heilkräften, wird er auch bey Lähmungen, und halbseitigen Lähmungen gelobt. Er ist auc in Wechselfiebern, die mit Verstopfungen der Milz, und mit dem Scorbut verbunden sind, heilsam; auch wurde ein Abscheu für Speisen, und ein 5 Monathe anhaltendes Erbrechen dadurch geheilt.*

Electuarium antiscorbuticum. Ex conserva cochleariae recentis ℥ij Acetosellae ℥j. Rad. Ari recentis et gummi arabici aa ℥ij. cum syrupo Aurantiorum q. s. paratur. Hujus ℥ij. ter de die per mensem integram cum aqua antiscorbutica et aromatica in rheumatismo chronico vago commendatur. Nux moschata saporem cochleariae bene celat.

Die antiscorbutische Latwerge *besteht aus 2 Unzen der frischen Löffelkrautconserve, einer Unze der Sauerkleeconserve, der frischen Aronswurzel, und dem arabischen Gummi, von jedem zwey Quentchen, und einer hinlänglichen Menge Pomeranzensyrup. Von dieser werden täglich dreymal zwey Quentchen einen Monat hindurch in einen antiscorbutischen und gewürzhaften Wasser, bey einem langwierigen, herumziehenden Rheumatismus genommen. Die Muscatnuſs verbessert den Geschmack des Löffelkrautes.*

513. COCHLEARIA ARMORACIA.

513. DER KREEN.

SPECIES. Cochlearia *foliis* radicalibus lanceolatis, crenatis, caulinis incisis.

ART. Löffelkraut *mit lanzetförmigen gekerbten* Wurzelblättern, *und eingeschnittenen an den* Stengeln.

LOCUS. Planta perennnis, crescens in locis humidis ad fossas, piscinas et rivulos. Colitur etiam in hortis.

PHARMACEUTICA PARS. *Radix recens* ARMORACIÆ seu RAPHANI RUSTICANI. *Germ.* MEERRETTIG. *Gall* GRAND RAIFORT.

ODOR fragrans, pungens, penetrans, oculos feriens. SAPOR fervidus, acris, dulcescens, saepe subamaricans. Radix *masticata* fauces et linguam pungit et calefacit, tussim movet, nares irritat, oculos lacrymantes facit, sed effectu fugaci. Radix *cocta* mitis, dulcescens, subodora. Radicis siccatae odor et sapor debilis. Olei aetherei continet valde exiguum, in aqua fundum petens.

VIRTUS incidens. diuretica, antiscorbutica, appetitum excitans. Cuti applicata valde rubefaciens, et epispastica.

USUS DIÆTETICUS. Radix rasa aceto diluta, vel ut acrimonia involvatur, lacte et pauco butyro fuso subacta, forma embammatis ad bubulam comeditur. Cum primis piscium insipidorum inservit condimento.

USUS MEDICINALIS in scorbuto, anorexia, cachexia, hydrope, raucedine, arthritide, calculo, asthmate scorbutico.

Senex calculosus poculo vini, in quo radix armoraciae intra linteum macerata, mane ac vesperi epoto intra triduum omni dolore destituebatur.

Succus cum saccharo vel vino vel cerevisia remixtus aut vinum armoracia frigida digestione impraegnatum in hydrope profuit. Decoctum armoraciae lacte paratum et per 4 hebdomades in lecto potatum dolores artuum vagos et diuturnos sopivit. In Suecia arthritici et scorbutici omni mane per mensem radicis in exiguas particulas sectae cochlear unum majusculum absque masticatione deglutiunt, et desuper libram dimidiam decocti sumitatum Juniperi bibunt. Expresse negatur ventriculo inde rosionis sensum inferri, nisi sub finem curationis.

Syrupus frigide paratus in asthmate scorbutico divina vocatur medicina.

Rasa demum radix recens ad ℥ß cuti imposita eminet efficacia epispastica et rubefaciente. Eo fine solet plantis pedum imponi, ubi revulsio indicatur. Frustum radicis recentis gingivae applicatur ad odontalgiam rheumaticam sedandam. Rasura radicis aceto bono per aliquot hebdomades macerata, remedium praebet contra lentigines, si facies eo abstergatur quotidie circa vesperam, ut aliquoties observavi.

VATERLAND. Eine ausdaurende Pflanze an feuchten Orten und Gräben, an Teichen und Bächen, Auch wird sie in Gärten angebauet.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. MEERRETTICH. Latein. Radix recens. ARMORACIÆ seu RAPHANI RUSTICANI, Franz. RAIFORT.

GERUCH starkriechend; stechend, durchdringend, die Augen angreiffend. GESCHMACK bitzig, scharf, süfslicht, oft etwas bitter. Die gekaute *Wurzel verursacht auf der Zunge und im Hals eine vorübergehende prikelnde und erhitzende Empfindung, Husten, reizt die Nase, und prefst Thränen aus. Die* gekochte *Wurzel ist milder, süfslicht, und hat einen schwachen Geruch und Geschmack. Es enthält nur wenig wesentliches Oel, das im Wasser zu Boden fällt.*

ARZNEIKRAFT schleimzerschneidend, harntreibend, antiscorbutisch, die Efslust erregend, auf die Haut gelegt erhitzend und blasenziehend.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Die geschabte und mit etwas Essig verdünnte, oder um die Schärfe einzuwickeln, mit Milch und etwas geschmolzener Butter abgeriebene Wurzel wird als Sauce zum Rindfleisch gegessen. Vorzüglich dient der Meerrettich als ein Gewürz der Fische.

MEDIZINISCHER GEBRAUCH in dem Scorbut, bey verlohrner Efslust, bey Cachexien, der Wassersucht, der Heiserkeit, der Gicht, dem Stein, der scorbutischen Kurzäthmigkeit.

Ein mit dem Stein behafteter Greis wurde durch ein Glas voll Wein, worein man ein mit Meerrettich gefülltes Säckgen hieng, das er früh und abends austrank, binnen drey Tagen von allen Schmerzen befreyet.

Der Saft mit Zucker oder Wein gemischt, oder auch die Wurzel, die man im Wein digerirt hat, waren in der Wassersucht heilsam. Meerrettich in Milch gekocht, und vier Wochen nacheinander im Bette getrunken, vertrib herumziehende und langwierige Gichtschmerzen. In Schweden schlucken gichtische und scorbutische Kranke ein ganzes Monath täglich einen Efslöffel voll in Scheibchen geschnittenen ungekauten Meerrettich, und trinken darauf ein halbes Pfund von einem Dekokt der Spitzen des Wachholderbeerstrauches. Man behauptet ausdrücklich, dafs davon erst am Ende der Cur in dem Magen ein brennender Schmerz verursacht werde.

Der ohne Feuer bereitete Syrup wird in der scorbutischen Kurzäthmigkeit für eine göttliche Arzney gehalten.

Eine halbe Unze der geschabenen frischen Wurzel auf die Haut gelegt, besitzt eine rothmachende und blasenziehende Eigenschaft. In dieser Hinsicht wird sie auf die Fufssohlen gelegt, um die Säfte von den oberen Theilen abzuleiten. Ein Stückgen der frischen Wurzel wird, um die rheumatischen Zahnschmerzen zu stillen, auf das Zahnfleisch gelegt. Die geschabte und mit gutem Essig einige Wochen macerirte Wurzel, ist nach meinen eigenen Beobachtungen gegen die Sommersprossen ein vortrefliches Mittel, wenn das Gesicht damit täglich frühe und abends gewaschen wird.

Russi *oleum armoraciæ* in rheumatismis, scorbuticis affectionibus et ulceribus pertinacibus ad guttas 30 ingerunt et externe applicant.

DOSIS. *Radicis* ℥ß cum juris, vel vini, vel cerevisiæ aut seri lactis ℔j in *infuso*. *Succi expressi* vel *Syrupi frigide parati* ℥j.

Die Russen gebrauchen das Meerrettigöl *in Rheutisch-scorbutischen Anfällen und in hartnäckigen Geschwüren zu* 30 *Tropfen, und wenden es auch äusserlich an.*

DOSIS. Eine halbe Unze der Wurzel *mit einem Pfund Fleischbrühe, Wein, Bier oder einem Pfund Molken als* Aufguſs. *Von dem* ausgepreſsten Saft, *oder* dem ohne Feuer bereiteten Syrup *eine Unze.*

514. LEPIDIUM SATIVUM.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO I. Siliculosa.

GENUS. *Silicula* emarginata, cordata, polysperma: valvulis carinatis, contrariis.

SPECIES. LEPIDIUM *floribus* tetradynamis, foliis oblongis, multifidis. Datur *varietas* foliis crispis.

LOCUS. Planta annua ignotæ adhuc patriæ: nisi forsan in insulis freti Magellanici crescat. Ast colitur apud nos in omni horto culinari.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba virens et semen* NASTURTII HORTENSIS. *Germ.* GARTENKRESSE. *Gall.* CRESSON DE JARDIN.

ODOR *herbae recentis* debilis, sed foliorum contusorum fragrans. SAPOR vix subamaricans, sed acris, linguam faucesque calefaciens. *Varietas*, quæ *Nasturtium crispum* vocatur, *odore* debili et *sapore* validiori, at gratiore magisque dulcescente gaudet.

VIRTUS incidens, antiscorbutica, diuretica, pituitam praeterea primarum viarum et pectoris solvens, et comesta appetitum cibi excitans. Cuti applicata inflammationem et exulcerationem causat.

USUS DIÆTETICUS pro scorbuticis. Folia tenera vel sola vel in lactucae connubio forma acetarii, tempore vernali comeduntur. Aliis aridet herbam recentem carni vel succum embammatibus addere, praeprimis autem panem butyro oblitum foliis recentibus obtegere. Quidam laudant herbam vel tritam vel frixam cum axungia porcina applicatam, ad tineam capitis curandam.

Semina quovis anni tempore facillime germinant, si in gossipio supra aquam in vase plano tenuiter expanso locentur. Hac arte ipsa aqua odore saporeque stirpis imbuitur et scorbuto adversa redditur. Exoptata haec est methodus herbam recentem obtinendi in peregrinationibus marinis.

Lepidium oleraceum FORSTERI in insulis maris australis eodem successu contra scorbutum adhibetur.

Lepidium vero *latifolium* haec planta perennis in Gallia ad intinctus unice colitur.

514. DIE ZAHME KRESSE.

XV. KLASSE. Viermächtige. I. ORDNUNG. Schöttige.

GESCHLECHT. Das SCHÖTTCHEN *ausgeändert, geberzt, vielsaamig, mit nachenförmigen, einander zuwiderlaufenden Klappen.*

ART. ZAHME KRESSE *mit viermächtigen* Blumen, *und länglichten, vielspaltigen* Blättern. *Es giebt eine* Abart *mit krausen Blättern.*

VATERLAND. Eine ausdaurende Pflanze, dessen Vaterland uns noch unbekannt ist, wenn es nicht vielleicht auf den Inseln der Magellanischen Meerenge wachst. Bey uns aber wird es in allen Küchengärten gepflanzt.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. GARTENKRESSE. Latein. Herba virens et semen NASTURTII HORTENSIS. Franz. CRESSON DE JARDIN.

GERUCH des frischen Krautes *schwach, aber der gestossenen Blätter starkriechend. GESCHMACK wenig bitter, aber scharf, die Zunge und den Rachen erhitzend. Die* Abart, *welche die* krause Gartenkresse *heiſst, hat einen schwächern Geruch, und einen stärkern aber angenehmern und mehr süsslichtern Geschmack.*

ARZNEIKRAFT. Schleimzerschneidend, harntreibend, den Schleim in den ersten Wegen und in der Brust auflösend, und die Eſslust erweckend. Auf die Haut gelegt erregt sie Entzündung und Schwürung.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH für scorbutische Personen. Die jungen Blätter werden mit oder ohne gemeinen Lattich im Frühjahr als Salat genossen. Andere essen die Gartenkresse lieber zum Fleisch, und bedienen sich des Saftes statt einer Brühe; noch lieber aber bestreuen sie das mit Butter bestrichene Brod mit frischen Blättern. Einige empfehlen das gestossene, oder mit Schweinfette geröstete Kraut wider den Kopfgrind.

Die Saamen *treiben zu jeder Jahreszeit sehr leicht, wenn man sie über Wasser in auf dünne in einem flachen Gefäſse ausgebreitete Baumwolle streuet. Auf diese Weise erhält sogar das Wasser den Geruch und Geschmack der Pflanze, und ist wider dem Scharbock heilsam. Dieses ist eine sehr erwünschte Methode die frische Pflanze auf Seereisen zu erhalten.*

FORSTERS Lepidum oleraceum *wird in den am mittelländischen Meere befindlichen Inseln mit gleichem Erfolge wider dem Schaarbock gebraucht.*

Die breitblättrige Kresse *aber wird in Frankreich bloſs zum Gebrauch als Brühe angebauet.*

515. THLASPI ARVENSE.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO I. Siliculosa.

GENUS. Silicula emarginata, obcordata, polysperma, valvulis navicularibus, marginato-carinatis.

SPECIES. Thlaspi *siliculis* orbiculatis, *foliis* oblongis, dentatis, glabris.

LOCUS. Planta annua, frequens agrorum et hortorum oleraceorum vitium.

PHARMACEUTICA PARS. *Semen* Thlaspios. *Germ.* Baurensenf. *Gall.* Moutarde sauvage.

ODOR seminis et herbae alliaceus. SAPOR consimilis, nonnihil amaricans et acris.

VIRTUS mucum incidens et antiscorbutica seminis esse videtur, Herba odore et sapore alliaceo inficit carnes, lac, butyrum, caseum boum et vaccarum, uti et ovium, si ea vescuntur, hic vero sapor intra triduum alio pabulo dispellitur.

USUS. Herba recens in cameras et lectos sparsa fugat cimices lectularios. In granariis servata vermes frumento infestos abigit.

515. DIE ACKERTASCHE.

XV. KLASSE. Viermächtige. I. ORDNUNG. Schöttige.

GESCHLECHT. Das Schöttgen ausgerändert, verkehrt herzförmig, vielsaamig, mit schifförmigen, gerändert-nachenförmigen Klappen.

ART. Tasche *mit scheibenrundlichten* Schöttchen, *und länglichten, gezähnten, fettglattichten* Blättern.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze, häufig auf Aeckern, in Küchen- und Weingärten als Unkraut.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Bauernsenf. Latein. Semen Thlaspios. Franz. Moutarde sauvage.

GERUCH des Saamens und des Krautes knoblauchartig. GESCHMACK ähnlich, etwas bitter und scharf.

ARZNEIKRAFT des Saamens scheint schleimzerschneidend und antiscorbutisch zu seyn. Das Kraut theilt dem Fleisch, der Butter, dem Käse der Ochsen und Kühe, und auch der Schafe, wenn sie damit gefüttert werden, einen knoblauchartigen Geruch und Geschmack mit, dieser Geschmack wird aber binnen drey Tagen durch ein anderes Futter benommen.

GEBRAUCH. Das frische Kraut in Zimmer und Bettstellen gestreuet vertreibt die Wanzen. In Kornspeichern aufbewahrt vertreibt es die Kornwürmer.

516. THLASPI BURSA PASTORIS.

SPECIES. Thlaspi *siliculis* obcordatis, *foliis* radicalibus pinnatifidis.

LOCUS. Planta annua, ubivis obvia in ruderatis, in muris, et ad vias.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* Bursæ pastoris. *Germ.* Taschelkraut, Hirtentasche. *Gall.* Tabouret, Bourse a berger.

ODOR herbae recentis vix ullus. SAPOR praesertim ramuli extremi acriusculus fere brassicae crudae. Non nigrescit solutio vitrioli martis ejus connubio.

VIRTUS, hinc non adstringens et refrigerans, ut vulgo censetur.

USUS. Adhibetur in uteri haemorrhagiis lentis, mictu cruento, diarrhaea et gonorrhaea diuturna.

DOSIS. *Herbae* pugillus cum aquae ℥iv in *infuso.*

516. DIE HIRTENTASCHE.

ART. Tasche *mit verkehrt-herzförmigen* Schöttgen *und, gefiederten in Querstücke gespaltenen Wurzelblättern.*

VATERLAND. Eine jährige Pflanze überall auf gebauten Orten, an Mauren und Landwegen.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Taschelkraut. Hirtentasche. Latein. Herba Bursæ pastoris. Franz. Tabouret. Bourse a berger.

GERUCH des frischen Krautes kaum einer. GESCHMACK besonders des äussersten Zweiges etwas scharf, fast wie roher Kohl. Die Auflösung des Eisenvitriols wird davon nicht schwarz.

ARZNEIKRAFT, nicht zusammenziehend und kühlend, wie man gemeiniglich glaubt.

GEBRAUCH. Bey langwierigen Mutterblutflüssen, Bluthamen, Durchfall, und langwierigen Tripper.

DOSIS. Ein Pugill des Krautes *auf vier Unzen Wasser, als* Aufguſs.

ORDO II. SILIQUOSA.

517. CARDAMINE PRATENSIS.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa.

GENUS. Siliqua elastice dissiliens, valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Calyx* subhians.

SPECIES. Cardamine *foliis* pinnatis, *foliolis* radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis.

II. ORDNUNG. SCHOTTIGE.

517. DIE BERGKRESSE.

XV. KLASSE. Viermächtige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Die Schotte *elastisch von sammenspringend, mit zurückgerollten* Klappen. *Die* Narbe *ganz. Der* Kelch *etwas aufgesperrt.*

ART. Die Wasserkresse *mit gefiederten* Blättern, *fast rundlichten* Wurzelblättern, *und lanzetförmigen* Stengeln.

LOCUS. Planta perennis, in pratis udis, flore vel albo vel pallide purpureo, copiose florens vere.

PHARMACEUTICA PARS. *Flores* CARDAMINES. *Germ.* BERGKRESSE, WIESENBERGKRESSE. *Gall.* CRESSON DE PRES.

ODOR floris et SAPOR nasturcinus, subamaricans, acriusculus.

VIRTUS antiscorbutica, antispasmodica, sudorifera.

USUS in morbis spasticis et convulsivis. Femina hysterica ab asthmate convulsivo, et musculorum abdominalium spasmo. Item puer et puella a chorea St. Viti, nec non femina convulsionibus artuum cum deglutitione difficili his floribus sanabatur. In epilepsia vero non profuere.

DOSIS. In *pulvere* a scrupulo uno ad drachmam dimidiam mane et vesperi dantur.

VATERLAND. Eine ausdaurende Pflanze, die auf wässerigten Wiesen, mit weissen, oder blass-purperrothen Blumen, im Frühling häufig blühet.

PHARMAZEVTISCHER THEIL BERGKRESSE WIESENBERGKRESSE. Latein. Flores CARDAMINES. Franz. CRESSON DE PRES.

GERUCH und GESCHMACK der Blumen kressartig, etwas bitter und scharf.

ARZNEIKRAFT antiscorbutisch, krampfwidrig, schweisstreibend.

GEBRAUCH bey krampfartigen und konvulsivischen Krankheiten. Eine histerische Frau wurde von einer konvulsivischen Engbrüstigkeit, und von einem Krampf der Bauchmuskeln, und ein Knabe und ein Mädchen von dem Veitstanz, und eine andere Frau von Konvulsionen der Gliedmassen, und einem beschwerlichen Schlingen durch diese Blumen geheilt. Wider die Fallsucht vermögen sie nichts.

DOSIS. In Pulver *von einem Scrupel zu einem halben Quentchen früh und abends.*

518. RAPHANUS SATIVUS.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa.

GENUS. CALYX clausus. *Siliqua* torosa, subarticulata, teres. *Glandulae* melliferae 2 inter stamina breviora et pistillum, totidem inter stamina longiora et calycem.

SPECIES. RAPHANUS *siliquis* teretibus, torosis, bilocularibus.

VARIETATES sunt

RAPHANUS HORTENSIS sive RADICULA, cujus radix subglobosa, epidermide alba, subnigra vel rubicunda tegitur.

— NIGER, qui radice fusiformi, epidermide nigricante vestita gaudet.

LOCUS. RAPHANUS HORTENSIS planta annua. *Niger* vero biennis est. Utraque varietas in China sponte crescit, in Europa ubivis in hortis oleraceis colitur.

PHARMACEUTICA PARS. *Radix recens* RAPHANI NIGRI. *Germ.* SCHWARZER RETTIG. *Gall.* RAIFORT NOIRE.

ODOR subfragrans, nasturcinus. SAPOR acris, calidiusculus. *Corticalis* pars nigra acrior, quam reliqua. Raphanus *coctus*, aut duntaxat siccatus fere insipidus.

VIRTUS diuretica, ructatrix, antiscorbutica, anticalculosa. Orbiculi saliti, cuti applicati, illam instar sinapismi rubefaciunt, et revellunt.

USUS DIÆTETICUS. Radix in orbiculos secta cruda vel sale acetoque conspersa comeditur. Labefactato tamen ventriculo flatulentia est infesta.

518. DER ZAHME RETTIG.

XV. KLASSE, Viermännige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Der KELCH *geschlossen. Die* Schotte *knorrig, fast gegliedert, länglichtrund. Zwey honigtragende* Drüsen *zwischen den zwey kürzern Staubgefässen und den Staubwegen, und eben so viele zwischen den längern Staubgefässen und dem Kelche.*

ART. RETTIG *mit länglichtrunden, knorrichten, zweyfächerigen* Schotten.

ABARTEN sind

Der GARTEN *oder* SOMMERRETTIG, *dessen Wurzel rundlicht, und mit einem weissen, schwärzlichten, oder rothen Oberhäutchen überzogen ist.*

Der SCHWARZE RETTIG, *der eine spindelförmige Wurzel und ein schwärzlichtes Oberhäutchen hat.*

VATERLAND. Der GARTENRETTIG *ist eine jährige Pflanze, der* schwarze *aber eine zweyjährige. Beyde Arten wachsen in China wild, werden aber in Europa überall in Küchengärten gezogen.*

PHARMAZEVTISCHER THEIL. SCHWARZER RETTIG. Latein. Radix recens RAPHANI NIGRI. Franz. RAIFORT NOIRE.

GERUCH etwas starkriechend, kressartig. GESCHMACK scharf, etwas hitzig. Der schwarze rindigte *Theil schärfer, als der andere. Der* gekochte, *oder nur getrocknete* Rettig *beynahe unschmackhaft.*

ARZNEIKRAFT harntreibend, aufstossend, antiscorbutisch, und steinauflösend. Die rohen, oder mit Salz oder Essig bestreueten Rettigscheibchen, machen die Haut, wenn sie aufgelegt werden, eben so wie die Senfpflaster roth, und leiten die Säfte ab.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Die in Scheibchen geschnittene Wurzel wird roh, oder mit Salz und Essig gewürzt gegessen. In schwächlichen Magen entstehen lästige Blähungen.

USUS MEDICINALIS. Succus cum saccharo vel melle mistus in asthmate pituitoso, raucedine et calculo renum fuit proficuus. Scorbuto potius praevertendo, quam curando inservire videtur.

DOSIS. *Succi* ℥ß cum oleo olivarum calculosis datur. *Radicis* ℥j cum juris libra una in *decocto*.

519. RAPHANUS RAPHANISTRUM.

SPECIES. RAPHANUS siliquis teretibus, torosis, biloculoribus.

LOCUS. Planta annua inter segetes Europae habitans.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* RAPHANISTRI. *Germ.* ACKERRETTIG, HEDERICH.

ODOR debilis, nasturcinus. SAPOR consimilis.

VIS NOXIA SEMINIS. Haec cum farina hordeacea in panem cocta, in quibusdam Sueciae regionibus funestum *Raphaniae* seu convulsioni cereali simillimum produxisse morbum dicuntur. At cum recentiora experimenta docuerint talem panem nec animalibus, nec infantibus, nec adultis hominibus in cibum adhibitum attulisse ullum damnum, hinc raphania in Suecia ab alia causa, quam a semine Raphanistri originem habuisse opinor.

USUS. *Herba* forma acetarii vel oleris in Suecia adhiberi solet.

520. ERYSIMUM OFFICINALE.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa.

GENUS. SILIQUA columnaris, exacte tetraëdra. CALYX clausus.

SPECIES. ERYSIMUM *siliquis* spicae adpressis, *foliis* runcinatis.

LOCUS. Planta annua ad vias creberrima.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba et Semen* ERYSIMI. *Germ.* WEGESENF. *Gall.* VELAR. TORTELLE.

ODOR *herbae recentis* debilissimus. SAPOR nonnihil acris, praecipue sumitatum florentium. *Seminis* vero sapor acrior.

VIRTUS solvens pituitam, efficaciter expectorans, diuretica. Contusa et cuti applicata herba rubefaciens, imo vesicas provocans.

USUS in raucedine, asthmate pituitoso et infarctu pituitoso viscerum abdominalium.

DOSIS. *Herbae* manipulus unus cum aquae ℥vj in *infuso* et *Syrupi Erysimi*, ex succo et melle parati ℥ß.

MEDIZINISCHER GEBRAUCH. Der Saft mit Zucker oder Honig vermischt, ist bey der schleimigten Engbrüstigkeit, der Heiserkeit und dem Nierenstein heilsam befunden worden. Wider dem Scorbut scheint er vielmehr eine vorbauende, als heilende Arzney zu seyn.

DOSIS. Der Saft *wird zu einer halben Unze mit Olivenöl gemischt denen mit Stein leidenden Personen gegeben. Eine Unze von der* Wurzel *mit einem Pfund Fleischbrühe als* Dekokt.

519. DER ACKERRETTIG.

ART. RETTIG *mit länglichtrunden, knorrigten, zweyfächerigen* Schotten.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze in Europa unter dem Getreide.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. ACKERRETTIG, HEDERICH. Latein. Herba RAPHANISTRI.

GERUCH schwach, kresartig. GESCHMACK ähnlich.

SCHÆDLICHE KRAFT des Saamens. *Dieser soll mit Gerstenmehl in Brod gebacken in einigen schwedischen Provinzen eine tödtliche, der* Kriebelkrankheit *ähnliche Krankheit verursacht haben. Da aber neuere Versuche gelehrt haben, dass von dergleichen Brod sowohl Thiere als Kinder, und erwachsene Personen ohne Nachtheil gegessen haben, so muss die Kriebelkrankheit in Schweden, nach meiner Meinung, von einer andern Ursache entstanden seyn.*

GEBRAUCH. Das Kraut *wird in Schweden als ein Salat oder als Zugemüse gebraucht.*

520. DER GEMEINE HEDERICH.

XV. KLASSE. Viermächtige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Die SCHOTTE *säulenförmig, vollkommen viereckig. Der* KELCH *geschlossen.*

ART. HEDERICH *mit an die Aehre gedrückten* Schotten *und holzsägeförmigen* Blättern.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze häufig an Landwegen.

PHARMAZEVTISCHER THEIL, WEGESENF. Latein. Herba et Semen ERYSIMI. Franz. VELAR. TORTELLE.

GERUCH der frischen Pflanze *sehr schwach. GESCHMACK etwas scharf, besonders der blühenden Spitzen. Der Geschmack des* Saamens *schärfer.*

ARZNEIKRAFT schleimzerschneidend, stark auswurfbefördernd, harntreibend. Das gestossene und auf die Haut gelegte Kraut macht roth, und zieht sogar Blasen.

GEBRAUCH in der Heiserkeit, der schleimigten Engbrüstigkeit, und bey schleimigten Anpropfung der Baucheingeweide.

DOSIS. Eine Handvoll Kraut *mit sechs Unzen Wasser als* Aufguſs, *und von dem aus dem Safte des Wegesenfs mit Honig bereiteten* Syrup, *eine halbe Unze.*

521. ERYSIMUM BARBAREA.

SPECIES. Erysimum *Foliis* lyratis, extimo subrotundo.

LOCUS. Planta perennis, ad margines fossarum frequens.

PHARMACEUTICA PARS. *Folia viridia* Barbareæ. *Germ.* Winterkresse. Wassersenf. Barbenkraut. *Gall.* Herbe de St. Barbe.

ODOR foliorum fere Brassicae. SAPOR nasturcinus, vix acris, amaricans, linguam & fauces leniter calefaciens.

VIRTUS incidens, antiscorbutica.

USUS DIÆTETICUS. Apud Anglos in hortis seritur, in quibus per totam hyemem sub nive virent folia, quae forma acetarii vel crambis instar comeduntur.

USUS MEDICINALIS in scorbuto. Nulla aptior planta in regionibus frigidis aut tempore hyemali, aliis plantis succosis deficientibus, pro acetariis antiscorbuticis invenitur.

521. DAS KNOBLAUCHKRAUT.

ART. Hederich *mit leyerförmigen* Blättern, *von welchen das äusserste rundlicht ist.*

VATERLAND. Eine ausdaurende Pflanze in Europa häufig an den Rändern der Gräben.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Winterkresse, Wassersenf, Barbenkraut. Latein. Folia Barbareæ. Franz. Herbe de St. Barbe.

GERUCH der Blätter beynahe wie des Kohls. GESCHMACK kreſsartig, kaum scharf, etwas bitter, die Zunge und den Rachen wenig erhitzend.

ARZNEIKRAFT schleimzerschneidend, antiscorbutisch.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. In England wird der Wassersenf in den Gärten angebauet, wo den ganzen Winter hindurch die Blätter grün bleiben, welche als Salat, oder Kraut gegessen werden.

ARZNEIGEBRAUCH in dem Scorbut. Es giebt in kalten Gegenden, oder im Winter, wenn an anderen saftvollen Pflanzen ein Mangel ist, kein heilsameres Kraut, was man scorbutischen Kranken als Salat geben könnte.

522. ERYSIMUM ALLIARIA.

SPECIES. Erysimum *foliis* cordatis.

LOCUS. Planta annua in locis umbrosis et ad sepes crebra.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* Alliariæ. *Germ.* Knoblauchkraut. *Gall.* Alliaire, *Herbe* des aulx.

ODOR foliorum recentium contusorum ut cepae oleraceae. SAPOR cepaceus, leniter amaricans, subnasturcinus. Herba *siccata* fere effoeta.

VIRTUS diuretica, antiscorbutica, antiseptica, penetrans, nam sapor alliaceus ipsum lac vaccarum, quae plantam devorant, inficit.

USUS DIÆTETICUS. Folia recentia olim ad condimenta ciborum, intinctus & salsamenta loco Allii introiverunt.

USUS MEDICINALIS in asthmate pituitoso, ad pituitam pulmonum incidendam. *Externe* succus Alliariae cum vino contra gangraenam & ulcera cancrum minantia laudatur.

DOSIS. Herbae manipulus unus cum aquae ℥vj in *infuso.*

522. DAS KNOBLAUCHKRAUT.

ART. Hederich *mit geherzten Blättern.*

VATERLAND. Eine jährige Pflanze in schattigen Orten und Hecken.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Knoblauchkraut. Latein. Herba Alliariæ. Franz. Alliaire. Herbe des aulx.

GERUCH der frischen gestossenen Blätter, wie Knoblauchzwiebel. GESCHMACK zwiebelartig, wenig bitter, und etwas kreſsartig. Das getrocknete *Kraut hat fast keinen Geschmack.*

ARZNEIKRAFT. Harntreibend, antiscorbutisch, faulniſswidrig, durchdringend; denn der Knoblauchgeschmack steckt sogar die Milch der Kühe, welche diese Pflanze fressen, an.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Die frischen Blätter wurden ehemals als ein Gewürze der Speisen, als Sauce und als Salsen anstatt des Knoblauchs gebraucht.

ARZNEIGEBRAUCH. In der schleimigten Engbrüstigkeit, um den Schleim in den Lungen zu zerschneiden. Aeusserlich *wird der Saft des Knoblauchkrauts mit Wein vermischt wider den Brand und krebsartige Geschwüre angerühmt.*

DOSIS. Eine Handvoll Kraut mit sechs Unzen Wasser als Aufguſs.

523. CHEIRANTHUS CHEIRI.

CLASSIS. XV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa,

GENUS. Germen utrinque denticulo glandulato. Calyx clausus, foliolis duobus basi gibbis. *Semina* plana.

523. DIE GELBE VIOLE.

XV. KLASSE. *Viermächtige. II ORDNUNG. Schottige.*

GESCHLECHT. Der Fruchtknoten *von beyden Seiten mit einem drüsigten Zahne besetzt. Der* Kelch *geschlossen, mit zwey an der Grundfläche höckerigen Blättern. Die* Saamen *flach.*

SPECIES. Cheiranthus foliis lanceolatis, acutis, glabris, *ramis* angulatis. *Caule* fruticoso.

LOCUS. Planta biennis, in ruderibus et aggeribus australiorum Europae regionum spontanea. Colitur in hortis nostris.

PHARMACEUTICA PARS. *Flores* Cheiri. *Germ.* Gelbe Viole. *Gall.* Giroflier. Violier jaune.

ODOR florum *recentium* suaveolens; gratus, violaceus, fragrans. SAPOR amaricans, acriusculus, in nasturtium incidens. Floris *sicci* odor nullus, sapor amaricans.

VIRTUS recentis nervina, sicci vero floris resolvens, emmenagoga.

USUS. In menstruorum & lochiorum suppressione, ac viscerum obstructione, et inde nato ictero, in quo succus expressus valde efficax fuit deprehensus. *Oleum coctum* extrinsecus in emansione sanguinis uterini & doloribus post partum inungitur abdomini.

DOSIS. Florum pugillus j. cum aquae ℥iv. in *infuso*. Succi recenter expressi ℥ß.

ART. Die Leucoje *mit lanzetförmigen, spitzigen, fettglattigten* Blättern, *gewinkelten* Zweigen, *und fast staudigem* Stengel.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze auf angebauten Oertern und Dämmen des südlichen Europa wildwachsend; wird aber auch in Gärten gezogen.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Gelbe Viole. Latein. *Flores* Cheiri. Franz. Giroflier. Violier jaune.

GERUCH der frischen Blumen angenehm riechend, veilchenartig, starkriechend. GESCHMACK etwas bitter und scharf, der Kresse ähnlich. Die trocknen *Blätter haben keinen Geruch, und einen etwas bittern Geschmack.*

ARZNEIKRAFT. Die frischen Blätter nervenstärkend; die trocknen aber zertheilend, und den Monathflufs treibend.

GEBRAUCH. Bey unterdrückter Monath- und Kindbettreinigung, bei Verstopfungen der Eingeweide, und der daher entstehendenden Gelbsucht, wo der ausgeprefste Saft sich sehr wirksam erwiesen hat. Das gekochte Oel *wird äusserlich bei ausbleibender monathlicher Reinigung, und Schmerzen nach der Geburt in dem Unterleib eingerieben.*

DOSIS. Fünf Finger voll mit vier Unzen Wasser als Aufguſs von dem frisch ausgepreſsten Saft eine halbe Unze.

524. SINAPIS NIGRA.

CLASSIS XV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa.

GENUS. Calyx patens. *Corollae* ungues recti. *Glandulae* inter stamina breviora et pistillum, interque longiora

SPECIES. Sinapis *siliquis* glabris, racemo appressis.

LOCUS. Planta annua locorum ruderatorum et aggerum. Sed etiam copiose colitur in hortis.

PHARMACEUTICA PARS. *Semen* sinapi *vel* sinapeos nigri *Germ.* Senf. *Gall.* Moutarde.

ODOR seminis debilis, sed in pulverem redactum semen nares nonnihil ferit. SAPOR acris, subfugax, subamaricans, calidus, fauces linquamque calefaciens ac mordens.

VIRTUS irritans, appetitum, cibi concoctionem adjuvans, ventriculo sensum gratum impertiens, mentem excitans, diuretica, antiscorbutica. Masticatum hocce intra linteum semen, salivam potenter allicit. Cuti impositum rubefaciens et epispasticum est.

USUS DIÆTETICUS. Notissimum carnis praecipue ac piscium ad intinctus est condimentum, quo fine pulvis solet aceto commisceri, quo vero synapi non mitescit. Alii illud aqua fervida, vel et jure carneo calido, vel quod multi praeferunt, musto commistum, per aliquot horas seponere solent, statim enim, postquam praeparatum est, amaritie sua displicet. Synapi *anglicum*, in pulvere transmissum, reliquis seminibus praefertur, utpote acrius longe, ut et in os receptum titillationem narium excitet et lachrymas excutiat. Frequentiorem vero sinapi usum humores nostros ad

524. DER SENF.

XV. KLASSE. Viermächtige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Der Kelch *abstehend. Die Nägeln der* Blumenkrone *gerad. Eine* Drüse *zwischen den kürzern Staubgefäſsen und den Piſtill, und eine zwischen den längern und dem Kelch.*

ART. Der schwarze Senf *mit fettglattichten, der Traube angedrückten Schotten.*

VATERLAND. Eine jährige Pflanze an angebauten Oertern und Dämmen; sie wird aber auch in Gärten häufig gezogen.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Senf. Latein. Semen sinapi *oder* sinapeos nigri. Franz. Moutarde.

GERUCH des Saamens schwach, wenn er aber zu Pulver gestossen wird, greift der Geruch die Nase an. GESCHMACK scharf, etwas flüchtig und bitter, hitzig, die Zunge und den Rachen erhitzend, und beiſsend.

ARZNEIKRAFT reitzend, Eſslust erregend, Verdauung befördernd, dem Magen sehr behaglich, das Gemüth aufheiternd, harntreibend, antiskorbutisch. Der zwischen Leinwand gekauete Saamen zieht häufigen Speichel hervor. Auf die Haut gelegt rothmachend und blasenziehend.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Ein allgemein bekanntes Gewürz, besonders als Sauce zum Fleische und Fischen; in dieser Absicht pflegt der Senf mit Essig gemischt zu werden, wodurch aber der Senf nicht mild wird. Andere lassen den mit heissen Wasser, oder Fleischbrühe, oder was viele vorziehen, mit Most angemachten Senf einige Stunden stehen; denn bald nach der Zubereitung wird der Senf durch seine Bitterkeit unangehm. Das englische Senfpulver wird den anderen Senfsaamen vorgezogen; denn dieser Senf ist viel schärfer, und verursacht, auf die Zunge genommen, einen Kitzel in der Nase, und preſst Thrä-

naturam putridam disponere, et morbos acutos reddere perniciosiores, arbitrantur aliqui.

USUS MEDICINALIS in anorexia, ascite, tertiana et scorbuto. In obsidione Ruppellensi multis centuriis hominum scorbuticorum semen tritum, et cum vino albo mixtum subveniebat. Hinc et lege nautis Belgicis injungitur, sibi pro itinere debita sinapi quantitate prospicere. In tertiana protracta cochleare ejus absque masticatione quater de die deglutitum profuit. Et cortici peruvio additum in protracta et recrudescente intermittente fuit utile. Male vero cessit in robustissimo rustico, quartana laborante experimentum, dum magnam copiam seminis contriti et spiritu juniperi diluti, tribus horis ante paroxysmum ingereret, unde in febrem ardentissimam lethalem incurreret.

nen aus. Ein allzuhäufiger Gebrauch des Senfes soll, wie einige meynen, unsere Säfte zur Fäulnifs, und zu hartnäckigern hitzigen Krankheiten geneigt machen.

ARZNEIGEBRAUCH. Bey dem Mangel der Efslust, in der Bauchwassersucht, dem dreytägigen Fieber, und dem Scorbut. Bey der Belagerung von Roschell wurden viele hundert scorbutische Menschen durch gestossenen und mit weissen Wein gemischten Senf geheilt. Daher auch die holländischen Schiffsleute sich auf ihren Seereisen mit einer hinlänglichen Menge Senf versehen müfsen. Bey einem verlängerten dreytägigen Wechselfieber war ein Löffel vol Senfsaamen, den der Kranke nicht kauete, sondern viermal im Tage schluckte, heilsam gewesen. Auch mit der Fieberrinde versetzt nutzte er bey einem langwierigen und öfters Rückfälle machenden Wechselfieber. Aber sehr übel gelung der Versuch bey einem robusten Bauer, der mit einem Quartanfieber behaftet war; denn als er eine grosse Menge gestossenen, und mit Weingeist verdünnten Senfsaamen drey Stunden vor dem Fieberanfall nahm, wurde er von einem äufserst hitzigen und tödlichen Fieber befallen.

USUS EXTERNUS. Ex semine trito cum aequali quantitate micae panis, et vini aceto *cataplasma* paratur *rubefaciens* et si diutius relinquitur *epispasticum*, quod *Sinapismus*, vocatur. Hic linteo junctus et cuti applicatus excitat rubedinem, exasperationemque cum leviusculo dolore, imo ex diutius ibidem relicto epidermis in vesicam extollitur.

Eximie stimulat torpescentes vires vitales et efficaciter revellit. Valet igitur languente eruptione variolarum et morbillorum, ex febris inertia, vel et iisdem exanthematibus retropulsis. Felici ausu ad arcendas variolas a facie sive suris pedum vel brachiis sinapismus imponitur. In angina, pleuritide, aliisque inflammationibus internis loco affecto ex adverso utiliter applicatur. Alias si stimuli ratio habenda, plantae vel surae vulgatissima applicationis loca constituunt. In morbis oculorum, pro revulsione facienda, plantis pedum affigitur.

Intra linteum masticatum tum ad dentium dolores rheumaticos, tum ad linguae paralysim laudatur. Immersio penis in decoctum sinapi impotentiam paralyticam curavit. Farina cum aqua cocta lavantur perniones. Sinapismus herpeti, rheumatismo, prodagrae retropulsae, membro paralytico, buboni et parotidi difficulter suppuranti adhibetur.

ÆUSSERLICHER GEBRAUCH. Aus dem gestossenen Samen in einer gleichen Menge Brodkrumen und Weinessig wird ein rothmachender Breyumschlag *bereitet, der, wenn man ihn länger liegen läfst, ein* blasenziehendes *Mittel wird, und unter den Namen* Senfteig *bekannt ist. Zwischen Leinwand auf die Haut gelegt, macht er dieselbe roth, rauh, verursacht einigen Schmerz, und zieht, wenn er länger darauf liegen bleibt, Blasen.*

Er reizt die trägen Lebenskräfte ungemein, und leitet die Säfte mächtig ab. Er ist daher bey dem wegen Schwäche der Lebenskräfte verzögerten Ausbruch der Pocken und Masern, oder wenn diese Hautausschläge zurücktreten, sehr heilsam, auf dem kühnen Versuch den Ausbruch der Pocken auf den Gesicht durch auf die Waden oder die Arme gelegte Senfumschläge zu verhüten, entsprach ein glücklicher Erfolg. In der Bräune, dem Seitenstich, und anderen innerlichen Entzündungen wird der Senfumschlag mit gutem Erfolg den leidenden Theil geben über gelegt. Wenn man aber vorzüglich einen Reitz zu erregen die Absicht hat, so werden die Fufssohlen oder die Waden zu Senfumschlägen allgemein gewählt. Bey Augenkrankheiten legt man den Senfteig, um die Säfte abzuleiten, auf die Fufssohlen.

Zwischen Leinwand gekauter Senfsaamen wird wider rheumatische Zahnschmerzen und die Lähmung der Zunge empfohlen. Ein Bad des männlichen Gliedes in einem Dekokt von Senfsaamen heilte eine paralytische Unvermögenheit. Senfmehl mit Wasser gekocht wird als Waschwasser wider die Frostbeulen empfohlen. Senfumschläge werden wider die Flechten, den Rheumatismus, wider das zurückgetretene Podagra, Lähmungen der Gliedmafsen, schwer in Eiterung übergehende Leistenbeulen und Ohrdrüsengeschwülste gebraucht.

DOSIS in febribus intermittentibus pertinacibus semina, quater de die, sub apyrexia et absque masticatione deglutienda. Abstineant aegri a potu calido post sumpta semina. Hac methodo non afficiunt primas vias,

DOSIS. Bey hartnäckigen Wechselfiebern werden die ungestossenen Saamen zu einen Efslöffel voll täglich viermal während den Fieberstillstand genommen, und ungekauet geschluckt. Nur dürfen die Kranken auf den Gebrauch

nec ardorem iis imprimunt, sed alvum leniter ducunt.

DOSIS. In aliis morbis ℥j in *pulvere*, vel *electuario*, et ℥ij cum aquae vel alius liquidi ℥vj in *infuso* vel *decocto*.

325. SISYMBRIUM NASTURTIUM.

CLASSIS XIV. Tetradynamia. ORDO II. Siliquosa.

GENUS. SILIQUA dehiscens valvulis rectiusculis. CALYX patens. *Corolla* patens.

SPECIES. SISYMBRIUM *siliquis* declinatis, *foliis* pinnatis: *foliolis* subcordatis.

LOCUS. Planta biennis ad rivos in Germania copiose crescens, per totam hyemem viridescens.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba virens* NASTURTII AQUATICI. *Germ.* BRUNNENKRESSE. WASSERKRESSE. *Gall.* CRESSON DE FONTAINE. CRESSON D'EAU.

ODOR herbae recentis digito tritae specificus, nasturcinus dictus, SAPOR amaricans, moderate pungens. Acre, quod inest, volatile difflatur plane herbae siccatione aut inspissatione succi. Expressione autem una cum succo evolvitur, ut etiam destillatione cum aqua vel spiritu vini facta.

VIRTUS mitior paulo est, quam cochlearia, cui et proxima accedit vi antiscorbutica. Eminet denique attenuante sua, resolvente ac abstergente virtute.

USUS DIÆTETICUS. Herba cruda instar acetarii verno tempore, praecipue in Germania, fine praeservativo in connubio lactucae editur.

USUS MEDICINALIS. Communi medicorum laude condecoratur in scorbuto. Succus lacte mistus bene curavit scorbutum in coenobio Bethlehemensi. In caro pituitoso frigido usus nasturtii impense comendatur. Succo ori infuso, a febre tertiana soporosa puer scorbuticus curabatur. Diuturno usu obstructiones viscerum reserabantur. Pari modo cessavit tussis rebellis jusculo, cui succus herbae fuit additus. In ipsa phthisi purulenta pulmonum solatium tulebat nasturtium aquaticum jejuno stomacho sumptum, cui lac ebutyratum superbibebatur. Foemina nephritide calculosa laborans cum jusculo, cui nasturtium aquaticum, et cerefolium cum granis 20 seminis nasturtii hortensis admixta fuere, per aliquot dies sumpto, curabatur.

DOSIS. Plurimum praestat succus expressus ab ℥ij ad quatuor datus. Egregium etiam est acetarium inde paratum. Utriusque acrimonia calida mitigatur, si succus acetosae, beccabungae, citri, aurantii vel lac admisceatur.

der Senfsaamen kein warmes Getränke nehmen. Mit dieser Vorsicht greifen die Senfsaamen den Darmcanal nicht an, erregen keine Hitze, sondern lösen dem Leib gelinde.

DOSIS. In anderen Krankheiten ein Quentchen in Pulver *oder* Latwerge: *und zwey Quentchen mit sechs Unzen Wasser, oder einer andern Flüfsigkeit als* Aufgufs *oder* Absud.

325. DIE BRUNNENKRESSE.

XIV. KLASSE. Viermächtige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Die SCHOTE *aufspringend, mit etwas geraden Klappen. Der* KELCH *abstehend. Die* Blumenkrone *abstehend.*

ART. Die RAUKE *mit niedergeneigten* Schotten, *gefiederten* Blättern *und fast geherzten* Blättchen.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze, wächst an Bächen in Deutschland häufig, und bleibt den ganzen Winter grün.

PHARMAZEUTISCHER THEIL. BRUNNENKRESSE. WASSERKRESSE. Latein. Herba recens NASTURTII AQUATICI. Franz. CRESSON DE FONTAINE. CRESSON D'EAU.

GERUCH der frischen Pflanze, wenn sie zwischen den Fingern zerrieben wird, specifisch, und heifst daher krefsartig. GESCHMACK etwas bitter und mäfsig stechend. Die flüchtige Schärfe des Krautes geht durchs Kochen gänzlich verlohren. Durch das Auspressen des Saftes aber wird dieser Bestandtheil entwickelt, so wie auch durch die Destillation mit Wasser oder Weingeist.

ARZNEIKRAFT. Ist etwas gelinder als das Löffelkraut, und gleichet ihm am besten in seiner antiscorbutischen Kraft. Endlich hat es den Vorzug wegen seiner verdünnenden, auflösenden und abführenden Kraft.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Die rohe Brunnenkresse wird im Frühling häufig, besonders in Deutschland als ein Vorbauungsmittel, mit Salat gegessen.

ARZNEIGEBRAUCH. Sie wird von den Aerzten allgemein wider den Scorbut empfohlen. Der mit Milch vermischte Saft heilte den Scorbut sehr gut in einem Kloster der Bethlemiten. In der schleimigten, kalten Schlafsucht wird die Brunnenkresse für ein treffliches Mittel gehalten. Ein skorbutischer von einem soporösen Wechselfieber befallener Knab wurde durch den in den Mund gegossenen Saft der Brunnenkresse geheilt. Eben so wurde ein hartnäckiger Husten durch Fleischbrühe mit Brunnenkressesaft vermischt besiegt. Sogar bey einer wirklich eiterichten Lungensucht verschafte die Brunnenkresse nüchtern mit Buttermilch genossen, Linderung. Eine Frau, die an Stein und Nierenschmerzen litt, wurde durch Fleischbrühe, Brunnenkresse, und Körbelkraut und zwanzig Gran Gartenkressesaamen, die sie einige Täge trank, geheilt.

DOSIS. Sehr heilsam ist der ausgepreifste Saft zu zwey bis vier Unzen gegeben. Auch wird davon ein vortreflicher Salat bereitet. Die hitzige Schärfe wird gemildert, wenn man sie mit dem Saft des Sauerklees, der Bachbungen, der Citronen, der Pomeranzen, oder Milch versetzt.

526. SISYMBRIUM SOPHIA.

SPECIES. Sisymbrium *petalis* calyce minoribus, *foliis* decomposito-pinnatis.

LOCUS. Planta annua, vulgatissima in maceriis, ruderatis et arenosis.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* et *semen* Sophiæ. *Germ.* Sophienkraut. Habichtskraut. *Gall.* Talictron.

ODOR herbae et seminis nullus. SAPOR seminis acris, fere seminum Sinapios.

VIRTUS herbae detergens, vulneraria, unde nomen *Sophiae chirurgorum.* Seminis solvens, irritans, anthelmintica ideo *semini Santonici* hoc scopo substituitur.

USUS. Tota stirps conquassata et applicata fertur vulnera sanare et ulcera purgare. Gothlandi decocto hujus herbae in malo hysterico, fluore albo, et haemorrhagia uterina utuntur. Semen olim in lumbricis, nephritide, diarrhaea et dysenteria tam hominum, quam boum a Nericiis laudabatur.

DOSIS. Seminis ʒj in *pulvere* vel *electuario.*

526. DIE SOPHIE.

ART. Die Raute *mit kleinern* Blumenblättern *als der Kelch, und zweyfach zusammengesetzten gefiederten* Blättern.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze, wächst am häufigsten auf alten Mauren, und sandigen Aeckern.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Sophienkraut Habichtskraut Latein. Herba *et* Semen Sophiæ. Franz. Talictron.

GERUCH. Der Pflanze und des Saamens keiner. GESCHMACK des Saamens, scharf, beynahe wie Senfsaamen.

ARZNEIKRAFT. Der Pflanzen wundreinigend, und heilend, daher sie die Sophie der Wundärzte *genannt wird. Des Saamens auflösend, reizend, wurmtreibend. Die Saamen werden daher statt des* Wurmsaamens *gebraucht.*

GEBRAUCH. Die Pflanze soll, wenn sie ganz zerstossen, und aufgelegt wird, die Wunden heilen, und die Geschwüre reinigen. Die Gothländer brauchen dem Absud dieser Pflanze bey Mutterbeschwerden; den weissen Fluss, und bey Mutterblutungen, den Saamen wurde ehmals wider Spulwürmer, Nierenschwerzen, Durchfall und Ruhr, sowohl bey Menschen, als beym Hornvieh von den Gotländern gelobt.

DOSIS. Ein Quentchen des Saamens in Pulver, *oder* Latwerge.

527. BRASSICA RAPA.

CLASSIS XV. Tetradynamia, ORDO II. Siliquosa.

GENUS. Calyx erectus, connivens. *Semina* globosa. *Glandula* inter stamina breviora et pistillum, interque longiora et calycem.

SPECIES. Brassica *radice* caulescente, orbiculari, depressa, carnosa.

LOCUS. Planta biennis in Belgii et Angliae locis arenosis sponte crescens. Copiose colitur in arvis.

PHARMACEUTICA PARS. *Radix recens* Rapæ vel Rapi. *Germ.* Weisse Rübe. *Gall.* Rave.

ODOR singularis, fortis, subfragrans. SAPOR dulcescenti-subamaricans. Hic ipse se communicat cum carne animalium, hac radice pastorum.

VIRTUS nutriens, detergens, subeccoprotica, diuretica, antiscorbutica.

USUS DIÆTETICUS. Radix cocta vel sub cineribus assata, cibus est hominum robustorum, quorum stomachus digestu difficiliora et flatulenta concoquere valet. Rapae vero primum in aqua elixatae et postea cum lacte in pultem coctae nutrimentum praebent saluberrimum et facilioris digestionis. Copiosus raparum esus scorbutum ex tota quadam regione profligasse fertur.

527. DIE WEISSE RÜBE.

XV. KLASSE. Viermächtige. II. ORDNUNG. Schottige.

GESCHLECHT. Der Kelch *aufrecht stehend, zusammenfliessend. Die* Saamen *kuglicht. Eine* Drüse *zwischen den kurzen Staubgefässen, und dem Staubwege, und zwischen dem längern, und dem Kelche.*

ART. Der Kohl *mit stengliger, scheibenrundlichter, niedergedrückten, fleischigten* Wurzel.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze in den sandigen, meersträndischen Gegenden von Holland und England wildwachsend. Sie wird häufig auf Aeckern gezogen.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Weisse Rübe. Latein. Radix recens. Rapae, vel Rapi. Franz. Rave.

GERUCH. Ein besonderer, heftiger, starkriechender. GESCHMACK, süfslicht, etwas bitter. Er theilt sich sogar dem Fleische der Thiere mit, welche mit dieser Wurzel gefüttert werden.

ARZNEIKRAFT. Ernährend, reinigend, etwas gelind abführend, harntreibend, antiscorbutisch.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Die gekochten und unter der Asche gebratene Wurzel ist eine Kost für starke Personen, deren Magen schwerverdauliche, und blähende Speisen verarbeiten kann. Wenn man aber die Rüben zuerst in Wasser dünstet, und nacher mit Milch zu einem Brey Kocht, so sind sie eine sehr gesunde, und leicht zu verdauende Speise. Der häufige Genufs der Rüben soll aus einer ganzen Gegend den Schaarbock vertrieben haben.

USUS MEDICATUS. Decoctum tussim, raucedinem et asthma sanavit. Succus raparum, cortice adhuc acriusculo vestitarum, modice coctarum, vel assatarum expressus et tantillo mellis rosacei commistus, aphthas oris etiam febriles egregie detergit et sanat, si os saepius tepide colluatur vel cochleatim in aphthis internis deglutitur. Decoctum raparum, praesertim corticum, perniones curare fertur, si membrum affectum pluries per diem illi immergitur. Idque successu majori si decima sexta pars aceti vini affundatur.

DOSIS. Raparum recentium ℥ij cum juris ℔j pro *decocto*.

ARZNEIGEBRAUCH. Der Absud heilt den Husten, die Heiserkeit, und die Engbrüstigkeit. Wenn man die Rüben, sammt ihrer noch scharfen Rinde kocht, oder bratet, sodann den Saft ausdrückt, und mit Rosenhonig vermischt, so hat man ein vortreffliches Mittel, das die Mundschwämchen, auch bey Fiebern, reiniget und heilt, wenn man damit den Mund öfters lauwarm auswaschen, oder bey innerlichen Schwämchen, löffelweis nehmen läfst. Der Absud der Rübe soll die Frostbeulen heilen, wenn man den leidenden Theil, öfters des Tages darinn Baden, und zwar mit desto gröfserem Erfolg, wenn man den sechzehnten Theil Weinessig dazu giefst.

DOSIS. Zwey Unzen frische Rüben auf ein Pfund Fleischbrüche in Absud.

528. BRASSICA NAPUS.

SPECIES. Brassica *radice* caulescente, fusiformi.

LOCUS. Planta biennis, crescens in Gothlandia, Anglia, Belgio, in arena littorali. Colitur etiam, praecipue olei causa, variis in regionibus.

PHARMACEUTICA PARS. *Radix* recens et *semen* Napi *Semen* Buniadis. *Germ.* Steckrübe. *Gall.* Navet.

ODOR radicis ut rapae. SAPOR dulcescens. Hortulani paullo densius serunt semina, ut radices parviusculae evadant, quia sic sapidiores.

VIRTUS radicis nutriens et antiscorbutica. Seminis oleosa.

USUS. Radices in culinis in aqua elixantur et juxta carnes eduntur, incoquuntur etiam jusculis. Ob succum dulcem levare sic tussim, verosimile est.

Oleum napi e seminibus expressum maxime in usum lampadum a plebe consumitur. Sed ardens fuligine sua gravat pectus et inquinat supellectilem, stupaque dum exstinguitur, graviter foetet. Usus internus ob rancorem non admittendus.

DOSIS. Radicis recentis ℥ij cum juris ℔j, in *decocto* ad ℥x.

528. DIE STECKRÜBE.

ART. Der Kohl *mit stenglichter, spindelförmiger* Wurzel.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze in Gothland, England, Holland, in meersträndischen Gegenden. Sie wird häufig, besonders wegen dem Oel in verschiedenen Ländern angebaut.

PHARMAZEVTISCHER THEIL, Steckrube. Latein. Radix & Semen Napi. Semen Buniadis. Franz. Navet.

GERUCH der Wurzel, wie die weisse Rube. GESCHMACK süfslicht. Die Gärtner pflegen die Saamen etwas dichter auszusäen, damit die Wurzeln kleiner, und eben dadurch schmackhafter werden.

ARZNEIKRAFT der Wurzel nahrhaft und antiscorbutisch. Des Saamens *ölicht.*

GEBRAUCH In der Küche pflegt man die Rüben in Wasser zu dünsten, und zum Fleische als Zugemüfse zu essen. Der süfse Saft mag allerdings den Husten lindern.

Das aus den Saamen gepresste Rubenöl *wird von dem gemeinen Volk als Lampenöl verwendet. Aber der Rauch des brennenden Rubenöls ist für die Brust lästig, und beschmutz das Hausgeräthe, und der Dacht giebt, wenn er ausgelöscht wird, einen stinkenden Geruch von sich. Der innerliche Gebrauch ist wegen der ranzigen Schärfe nicht rathsam.*

DOSIS. Zwey Unzen der frischen Wurzel mit einem Pfund Fleischbrühe zu einen Absud *von zehn Unzen.*

529. BRASSICA ERUCA.

SPECIES. Brassica *foliis* lyratis, *caule* hirsuto, *siliquis* glabris.

LOCUS. Planta annua, ad vias et in scrobibus Helvetiae calidioris crescens.

PHARMACEUTICA PARS. *Semen* Erucæ. *Germ.* Weisse Rauke. *Gall.* Roquette.

ODOR seminis graviusculus. SAPOR seminum acris et amariusculus, ut sinapios, verum longe remissior.

529. DIE WEISSE RAUCKE.

ART. Die Raucke *mit leyerförmigen* Blättern, *zottigem* Stengel, *und fettglättichten* Schotten.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze an Hohlwegen, und in Gräben der warmen Schweiz.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Weisse Raucke. Latein. Semen Erucæ. Franz. Roquette.

GERUCH der Saamen etwas lästig. GESCHMACK der Saamen scharf und etwas bitter, wie Senfsaamen, doch weniger scharf.

VIRTUS irritans, pituitam solvens, antiscorbutica, aphrodisiaca, diuretica, masticatione salivam proliciens, et cuti applicatum rubefaciens.

USUS in scorbuto et morbis mucosis. Folia recentia contrita foetent instar pilorum adustorum, e sapore gaudent acri. Ideo ab Italis ad condimenta ciborum et acetaria recipiuntur. Simili ratione semina ad condienda obsonia ab antiquis adhibebantur ad salacitatem excitandam.

DOSIS. ʒj in *pulvere* vel *electuario*.

530. BRASSICA OLERACEA CAPITATA.

SPECIES. Brassica *radice* caulescente, tereti, carnosa.

LOCUS. Planta biennis Patriae ignotæ, quae in hortis colitur.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* Brassicæ capitatæ. Cujus duplex datur varietas. Brassica *alba* et *rubra*. *Germ.* Kopfkohl. *Gall.* Chou blanc.

ODOR herbae recentis debilis. SAPOR oleraceus, subdulcescens.

VIRTUS nutriens, flatulenta, diuretica, subeccoprotica. Succus et decoctum emollit calculos urinarios, qui iisdem immerguntur. Facile computrescit Brassica cruda imprimis capitata alba, cum intolerabili foetore, et cocta in tricliniis, ubi per prandium comesta, foetoris speciem pertinacem relinquit. Ex praematura hyeme integri acervi, nive sepulti, insequente vere putrefacti cum intolerabili foetote fuere visi.

USUS DIÆTETICUS. Non ingratum cibum exhibet Brassica capitata *cocta*. Sed parce nutrit ob inopiam partium gelatinosarum, in debili stomacho flatus et tormina facile parit, ni copia condimenti addatur. Hinc solis hominibus exercitatis et durioris compagis convenit.

Brassica capitata *muria condita*, quae speciem fermentationis vinosae init, ferculum grato acore multis placens constituit, sed difficilius tardiusque adhuc est digestu; ut et tormina, anxietates, vomitus, aliaque mala, subinde in debiliori ventriculo excitet, et aliquando supra triduum in intestinis iminutatum permaneat.

USUS MEDICINALIS. Eadem haec Brassica muria condita ad efficacissima medicamina pertinet, quae contra scorbutum in itineribus marinis tuetur, et enatum jamjam mirifice coercet. Tanto magis commendabilis, quum ultra octo menses in navi integram servari sese passa sit.

ARZNEIKRAFT reitzend, schleimzerschneidend, antiscorbutisch, den Geschlechtstrieb erregend, harntreibend, im Munde gekauet Speichelflufs erregend, und auf die Haut gelegt, rothmachend.

GEBRAUCH. Im Scorbut und Schleimkrankheiten. Die frischen Blätter geben, wenn sie zwischen den Fingern zerrieben werden, einen stinkenden Geruch, wie verbrannte Haare von sich, und haben einen scharfen Geschmack. Sie werden daher von den Italiänern die Speisen zu würzen, und zum Salat gebraucht. Aus dem nemlichen Grunde wurden die Saamen von den Alten als ein Gewürz der Speisen, und als ein zum Beyschlaf reitzendes Mittel gebraucht.

DOSIS. Ein Quentchen in Pulver *oder in einer* Latwerge.

530. DER KOPFKOHL.

ART. Der Kohl *mit stenglichter, länglichtrunder, fleischigter* Wurzel.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze, deren Vaterland ungewifs ist; sie wird in Gärten angebauet.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Kopfkohl, *von dem es zweyerley Spielarten giebt, der* weisse *und* rothe Kopfkohl. Latein. Brassica capitata. Franz. Chou blanc.

GERUCH der frischen Pflanze schwach. GESCHMACK gemüfsartig, etwas süfslicht.

ARZNEIKRAFT ernährend, blähungmachend, harntreibend, etwas gelind ausführend. Der Saft und das Dekokt erweichen die Nierensteine, wenn sie hineingelegt werden. Der frische Kopfkohl, besonders der weifse, geht sehr leicht in Fäulnifs über mit einem unerträglichen Gestank. Auch der gekochte Kopfkohl läfst in den Speisesälen einen hartnäckigen übeln Geruch zurück. Ganze Haufen von Kohlblättern gehen, wenn sie bey einem frühzeitigen Winter mit Schnee bedeckt, im folgenden Frühling mit einem unerträglichen Gestank in Fäulnifs über.

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Der gekochte Kopfkohl ist eine nicht unangenehme, aber wegen Mangel gallertartiger Theile keine sehr nahrhafte Speise, und erzeugt in schwachen Magen, wenn man nicht viel Gewürze hinzusetzt, leicht Blähungen und Bauchgrimmen. Er ist also nur robusten, und durch Arbeit abgehärteten Personen zuträglich.

Der Kopfkohl, (eingesalzener Kohl, Sauerkraut) *der in eine Art weinigter Gährung übergegangen, ist wegen seiner angenehmen Schärfe bey sehr vielen ein beliebtes Gerücht, aber auch sehr hart und langsam zu verdauen, daher er besonders bey jenen, die einen schwächeren Magen haben, Bauchgrimmen, Ueblichkeiten, Blähungen, und andere Uebel erwecket, und zuweilen über drey Tage in den Därmern unverkocht bleibt.*

MEDIZINISCHER GEBRAUCH. Eben dieser eingesalzene Kohl (Sauerkraut) gehört unter die wirksamsten sowohl vorbeugenden, als heilenden antiscorbutischen Arzneyen auf langen Seereisen, und er verhindert den wirklich schon hervorgebrachten Scorbut wunderbarlich. Er ist desto mehr zu empfehlen, da er acht Monathe auf dem Schiffe unverdorben erhalten werden kann.

Folia hujus vel alius brassicae conquassata ulceribus imponuntur ad ea abstergenda. In locis vesicatorio erosis profluvium serosum alunt. Forma cataplasmatis mammis puerperarum tepida applicata, coagulis lactis praevertunt et affluxum ejus nimium arcent. Dolores denique pleuriticos eadem haec cataplasmata tepida mitigant.

DOSIS. Libra ejus una singulo nautae bis vel pluries per hebdomadem exhibetur. Haec instar acetarii cum aceto vini, vel cum alia esca cocta datur. Videtur acore et aëre fixo vim exercere in scorbutum.

Die zerstossenen Blätter sowohl von dem weissen als rothen Kopfkohl, werden als ein erweichendes Mittel auf die Geschwüre gelegt. Sie werden als ein warmer Breyumschlag auf die Brüste der Kindbetterinnen gelegt, verhindern das Gerinnen der Milch, und stillen den allzuhäufigen Zuflufs derselben. Auch der Seitenstich wird durch solche warme Breyumschläge gemildert.

DOSIS. Ein Pfund davon wird jedem Matrosen zwey oder mehrmalen durch die Woche dargereicht. Dieses wird statt Salat mit etwas Weinessig, oder mit einer andern Speise gekocht gegeben. Seine antiscorbutische Heilkraft scheint von seiner Säure und der fixen Luft herzurühren.

531. BRASSICA OLERACEA VIRIDIS.

VARIETAS. Brassica oleracea, alba, crispa.

LOCUS. Planta biennis, quae in hortis colitur.

DIÆTETICA PARS. *Caput* Brassicæ viridis seu Sabaudæ. *Germ.* Grünkohl. Wirsing. Nostratibus Kelch. *Gall.* Chou de milan.

ODOR nullus. SAPOR dulcescens. Elixatae sapor tener, gratusque.

VIRTUS nutriens, facilius ob teneritudinem digeritur, quam Brassica capitata.

USUS. Capitula dimidiatim dissecta cum jure carnium coquuntur. Folia ulceribus vesicatorio factis imponuntur.

531. DER WIRSING.

SPIELART. Der weisse, krause Küchenkohl.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze, sie wird in Gärten gezogen.

DIÆTETISCHER THEIL. Grünkohl, Wirsing, *in Oesterreich* Kelch. Latein. Caput Brassicæ viridis. Franz. Chou de Milan.

GERUCH keiner. GESCHMACK süfslicht. Der Geschmack des gedünsteten Grünkohls ist fein und angenehm.

KRAFT nahrhaft, und wegen seiner Zartheit leichter zu verdauen als der Kopfkohl.

GEBRAUCH. Die Köpfe werden in der Mitte entzweygeschnitten, und in Fleischbrühe gekocht. Die Blätter werden auf die künstlichen, durch Blasenpflaster hervorgebrachten Geschwüre gelegt.

532. BRASSICA OLERACEA SABELLICA

VARIETAS Brassica oleracea *foliis* fimbriatis, rubro-cœrulescentibus.

LOCUS. Planta biennis hortorum oleraceorum.

PHARMACEUTICA PARS. *Folia* Brassicæ rubræ. *Germ.* Braunkohl. *Gall.* Chou-brun.

ODOR subraphanaceus. SAPOR consimilis & subdulcescens.

VIRTUS. Difficillima est digestu, nisi gelu tenerescat, tunc vero cibus est nutriens, solvens, antiscorbuticus & pectoralis. Frigoris etiam saevioris patientissima est haec Brassica; hinc in usum regionum borealium, ob climatis & diaetae vitia scorbuto maxime obnoxiarum pro diaeta vegetabili & antiscorbutica est quasi creata. In forti gelu nigescit, saepe sepelitur nive, virens tamen & succosa, quam primum regelatur, quod optime fit, si aquae frigidae immittatur. Ceterum pectori conveniens est, & utut Brassica est, tamen cum foetore putrescibilis non observatur. Folia denique hujus Brassicae pro dignoscendo acido, instar Tincturae Heliothropii inserviunt.

532. DER BRAUNKOHL.

SPIELART. Der Küchenkohl *mit gefranzten, roth-blaulichten* Blättern.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze in Küchengärten.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. Braunkohl. Latein. Brassica rubra. Franz. Chou-brun.

GERUCH etwas rettigartig. GESCHMACK rettigartig, und etwas süfslicht.

ARZNIKRAFT Er ist sehr schwer zu verdauen, wenn er nicht durch den Winterfrost zart geworden; alsdann aber dienet er zu einer nahrhaften, auflösenden, antiscorbutischen und die Brust anfeuchtenden Speise. Diese Kohlart erträgt auch einen hohen Grad von Kälte, und ist daher ein für die Bewohner nördlicher Gegenden, die sowohl in Rücksicht ihres Klima, als ihrer Diät dem Scorbut vorzüglich unterworfen sind, gleichsam ein von der Natur gewidmetes Nahrungsmittel. Bey grofser Kälte wird er schwärzlicht, oft wird er ganz mit Schnee bedeckt, doch ist er, sobald er aufthauet, grün und saftreich, welches am bequemsten geschieht, wenn er in kaltes Wasser gelegt wird. Uebrigens ist er für die Brust heilsam, und giebt, wenn er in Faulnifs übergeht, keinen Gestank, wie die andern Kohlarten von sich. Auch dienen die Blätter, wie die Tinktur der Sonnenwenden, als ein gegenwirkendes Mittel, die Gegenwart einer Säure zu entdecken.

USUS DIÆTETICUS. Coma hujus Brassicae ad mensam ut Spinachia paratur. Quandoque castaneae tostae cum ea miscentur.

USUS MEDICINALIS. Decoctum foliorum raucedini et tussi medetur. Succus ex capitibus Brassicae rubrae contusis, clauso vase, in clibano pistoris per quadrantem horae exstillans, & cum addito melle vel saccharo gelatinam formans, in tussi senili ex pulmonum siccitate & phthisi purulenta laudatur.

DOSIS. ℥ij herbae recentis cum ℔j juris in *decocto*.

533. BRASSICA OLERACEA BOTRYTIS.

VARIETAS. Brassica oleracea, cauliflora.

LOCUS. Planta biennis vel annua, quae in hortis oleraceis colitur.

DIÆTETICA PARS. *Coma* Botrytidis. *Germ.* Carviol, Blumenkohl. *Gall.* Choufleur.

ODOR brassicae, sed debilior. SAPOR brassicae, sed dulcescens. *Caro* fragiliuscula, coctura sapidissima.

VIRTUS nutriens, digestu facilis. Omnium Brassicarum sapidissima et tenerrima. Frigoris satis patiens. Hinc per totam fere hiemem servari potest, si transplantetur in cella vel frigidario, ubi increscit et in capita conformatur.

USUS. Paniculae coctae cum embammate butyraceo sapidissimum sistunt cibum, praesertim si caseus Parmesanensis rasus eis ad mensam inspergitur.

534. BRASSICA OLERACEA ITALICA.

VARIETAS. Brassica purpurea vel alba.

LOCUS. Planta biennis, quae vero rarius apud nos in hortis colitur.

DIÆTETICA PARS. Brassica Brocoli. *Germ.* Brocculi. Spargelkohl.

ODOR et SAPOR Brassicae Brotrytidis.

VIRTUS nutriens.

USUS. Coquitur planta integra resecto trunco prope radicem, et resectis apicibus foliorum, in aqua salita, postea cribelli ope ex olla eximitur, integraque patinae immittitur; atque cum embammate ex sale, oleo, aceto vini et succo citri comeditur. Estur Brocoli frequentissime in Italia et Sicilia.

535. BRASSICA OLERACEA GONGYLODES.

VARIETAS. Brassica oleracea caule rapam referens,

DIÆTETISCHER GEBRAUCH. Er wird als Zugemüse wie Spinat bereitet, und zuweilen mit gerösteten Kastanien vermischt.

MEDIZINISCHER GEBRAUCH. Der Absud der Blätter hilft wider Heiserkeit und Husten. Der aus den zerstossenen Köpfen des braunen, in einem verschlossenen Gefäfse, eine Viertelstunde in einem Backofen der Hitze ausgesetzten Kohls, auströpfelnde, und dann mit Honig oder Zucker versüfste Saft bildet eine Gallerte, die in dem Husten der Greise von Austrocknung der Lungen, und in der eitrigten Lungenschwindsucht gelobt wird.

DOSIS. Zwey Unzen der frischen Pflanze mit einen Pfund Fleischbrühe als Dekokt.

533. DER CARVIOL.

SPIELART. Der stengelblühende Küchenkohl.

VATERLAND. Eine zweyjährige oder jährige Pflanze, die in Küchengärten gezogen wird.

DIÆTETISCHER THEIL. Carviol, Blumenkohl. Latein. *Coma* Botrytidis. Franz. Choufleur.

GERUCH wie Küchenkohl, doch schwächer. GESCHMACK wie Küchenkohl, aber süfslicht. Das Fleisch *läfst sich zerbrechen, und wird durch das Kochen sehr schmackhaft.*

KRAFT nahrhaft, leicht verdaulich, unter allen Kohlarten die zarteste und schmackhafteste. Er kann die Kälte ziemlich ertragen, und läfst sich daher fast den ganzen Winter aufbehalten, wenn man ihn in einen Keller, oder in einen kalten Ort versetzt, wo er sodann wächst und in Köpfe aufschiefst.

GEBRAUCH. Die in Butter gedämpften Riffen sind, besonders mit geschabenem Parmesankäse vermischt, eine sehr angenehme Speise.

534. DER BROCCULI.

SPIELART. Der rothe oder weifse Küchenkohl.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze, die aber in unsern Küchengärten seltener gezogen wird.

DIÆTETISCHER THEIL. Brocculi, Spargelkohl. Latein. Brassica Brocculi.

GERUCH und GESCHMACK wie der Blumenkohl.

KRAFT nahrhaft.

GEBRAUCH. Die ganze Pflanze wird, nachdem man den Stamm nahe an der Wurzel, und die Blätterspitzen abgeschnitten hat, in Salzwasser gekocht, nachher mittelst eines Siebes aus dem Topf genommen, und mit einer Sauce von Salz, Oel, Weinessig und Citronensaft gegessen. Am häufigsten wird er in Italien und Sicilien gegessen.

535. DER KOHLRABI.

SPIELART. Der Küchenkohl *mit rübenähnlichem* Stengel.

LOCUS. Planta biennis hortorum oleraceorum.

DIÆTETICA PARS. *Tuber* BRASSICÆ GONGYLODIS. *Germ.* KOHLRABE. *Gall.* CHOURAVES.

ODOR rapae. SAPOR rapaceus, dulcescens, sed post coctionem tenerior, sapidior, dulciorque.

VIRTUS nutriens, sed flatulenta.

USUS. Editur decorticata more raparum praeparata.

VATERLAND. Eine zweyjährige Pflanze in Küchengärten.

DIÆTETISCHER THEIL. KOHLRABI. Latein. Tuber BRASSICÆ GONGYLODIS. Franz. CHOURAVES.

GERUCH rubenartig. GESCHMACK rubenartig, süfslicht, aber nachdem er gekocht worden, zarter, schmackhafter und süfser.

KRAFT nahrhaft, aber blähend.

GEBRAUCH. Er wird geschält, und wie Ruben zubereitet.

CLASSIS XVI. MONADELPHIA.

ORDO V. DECANDRIA.

536. GERANIUM MOSCHATUM.

CLASSIS. XVI. Monadelphia. ORDO V. Decandria.

GENUS. Monogyna. Stigmata 5. *Fructus* rostratus, 5-coccus.

SPECIES. *Geranium pedunculis* multifloris, *floribus* pentandris, *Foliis* pinnatis, incisis, COTYLEDONIBUS pinnatifidis.

LOCUS. Planta annua, crescens in Helvetia, Carniolia, Sibiria.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* GERANII MOSCHATI. *Germ.* BISAMSTORCHSCHNABEL. *Gall.* ESGUILLE A BERGER.

ODOR moschatus. SAPOR adstringens.

VIRTUS tonica, adstringens.

USUS in morbis a laxitate partium solidarum, in profluviis sanguineis et serosis sistendis, in calculo pellendo, olim laudabatur. An infusum ob odorem moschatum, ut moschus animalis in morbis nervosis quid praestet, tentandum est.

DOSIS. Succi expressi ℥ij vel herbae manipuli duo in decocto.

537. GERANIUM ROBERTIANUM.

SPECIES. *Geranium pedunculis* bifloris, *calycibus* pilosis, decemangulatis.

LOCUS. Planta annua, frequens in rupibus, muris, et sylvis subhumidis.

PHARMACEUTICA PARS. *Herba* GERANII ROBERTIANI. *Germ.* RUPRECHTSKRAUT, STINKENDER STORCHSCHNABEL. *Gall.* HERBE A ROBERT.

ODOR herbae recentis valde ingratus. SAPOR salso-austerus cum quadam amaritie.

VIRTUS adstringens, tonica, roborans.

USUS in sanguifluxibus, sabulo renum, in ictero et febre intermittente multum huic herbae tribuitur. In phthisi scrophulosa connubium succi Aparines et Geranii robertiani vel utriusque manipulus unus addita radice lapathi acuti cum jusculo carneo coctus impensius laudatur.

XVI. KLASSE. EINBRÜDRIGE.

ORDNUNG V. ZEHNMÄNNIGE.

536. DER BISAMSTORCHSCHNABEL.

KLASSE XVI. Einbrüdrige. ORDNUNG V. Zehnmännige.

GESCHLECHT. Einweibig. Narben *fünf. Die* Frucht *geschnäbelt, fünfknöpfig.*

ART. Der STORCHSCHNABEL *mit vielblumigen* Fruchtstielen, *fünfmänniger* Blume, *gefiederten, eingeschnittenen* Blättern, *und gefiederten in Quer-Stücke gespaltnen* KEIMBLÆTTCHEN.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze in der Schweiz, Krain, Sibirien.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. BISAMSTORCHSCHNABEL. Latein. Herba GERANII MOSCHATI. Gall. ESGUILLE A BERGER.

GERUCH bisamartig. GESCHMACK zusammenziehend.

ARZNEIKRAFT stärkend, zusammenziehend.

GEBRAUCH. Er wurde ehemals in Krankheiten von Erschlappung der festen Theile, bey Blutungen und serösen Ausführungen, und zur Abtreibung des Steines angerühmt. Ob der Aufguſs, wegen dem Bisamgeruch, wie der thierische Bisam in Nervenkrankheiten heilsam sey, muſs erst durch Versuche entschieden werden.

DOSIS. Von dem ausgepreſsten Saft zwey Unzen, oder zwey Hand voll von der Pflanze im Dekokt.

537. DER ROBERTISCHE STORCHSCHNABEL.

ART. Der STORCHSCHNABEL *mit zweyblumigen* Fruchtstielen, *und haarigen, zehnänglichten* Kelchen.

VATERLAND. Eine jährige Pflanze auf Felsen, Mauern und in feuchten Wäldern.

PHARMAZEVTISCHER THEIL. RUPRECHTSKRAUT, STINKENDER STORCHSCHNABEL. Latein. Herba GERANII ROBERTIANI. Franz. HERBE A ROBERT.

GERUCH der frischen Pflanze unangenehm. GESCHMACK salzigt-herb, und etwas bitter.

ARZNEIKRAFT zusammenziehend, tonisch, stärkend.

GEBRAUCH. In Blutflüssen, wider den Nierensand, in der Gelbsucht, und in dem Wechselfieber wird diese Pflanze für sehr wirksam gehalten. In der skrophulösen Lungensucht wird die Vermischung des Saftes des Klebkrauts, und des Robertskrauts, oder von jedem eine Hand voll mit der Grindwurzel in Fleischbrühe gekocht, sehr gerühmt.